



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 45.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69536)

De eadem.

In vita fratris *Bacchanal Paulus* agebat :  
 Frater obit : *Cinerum* nunc agit ille diem,  
 De eadē *Parergon morale ad Colmoph.*  
*Ditior* ut fieret *resipiscens Paulus* ; & aurum  
 Abjicit, & reliquas, futile pondus, opes :  
 Dum pedes ingreditur, pedes hic, quæ sita *relictis*  
*Ocyor* ad *Cœli sydera* tendit equis.  
 Ut ne *solus* eat, præbe sis, *Cosmice*, cœptæ  
 Te comitem *Vita*, te comitemq; *vie*.

*Parergon morale secundum.*

Aspice *Kostkæo* natum de sanguine *Paulum* :  
 Quam subito est *Cygnus*, qui modò *Corv*<sup>9</sup> erat.  
 Vix sacer afflârat *divinæ spiritus auræ* :  
 Expulsus toto pectore *Mundus* abit.  
 Disperguntur opes, irritamenta malorum :  
*Heres* ex toto scribitur *asse Deus* :  
 Ex *tabulis Pauli* te fortè querere, *relictum* :  
*Hæredem exempli* te jubet esse sui.

ICONISMUS 45.

Exprimit in magna tabula *Stanislaum*, ut com-  
 munem in omni necessitate opitulatorem. Hic  
 enim exhibetur, ut *Dæmones* ex obsessis ejiciens, cū  
 Epigraphe: IN MANV ROBUSTA ELICIET IL-  
 LOS DE TERRA. *Genesis 6. 1.* hic effigiatur, ut

*morbos curans, cum Epigramhe: OMNES COR-  
POREÆ EXCEDVNT PESTES. Virg. l. 6. An. Hic  
delineatur, ut solatium afferens in magnis anima  
anxietatibus, cum Epigramhe: CONFIRMAVIT  
DEFICIENTES SVSTINERE. Escli. 17. 20.*

Epigramma. (tes,

Jam Procul *Hippocratis*, procul ite *Machaonis* ar-

Quisquis habes *medicâ* nomen ab arte, vale.

Si quem sæva lues teneat, mihi credite, pluris

*Kostkiades Medicis omnibus unus erit.*

Hi morbos *flammisq;* domant, *ferrôq;* recidunt,

*Kostkiades solâ* cedere voce jubet.

Si pede claudus opem poscat, si lumine captus:

*Rectius* hic *graditur*, *rectius* ille *videt*:

Quæq; prius reptabat iners te, Dive, jubente;

Currere præcipiti visa *Podagra* pede est.

Dumq; *valere* jubes *Morbum*, dum *vivere* *Mortē*,

Ille *valet* jussis, *vivit* & illa tuis.

*Vide plurima miracula à Stanislao patrata in ap-  
pendice, vite adjecta, è plurimis, unum, aut  
alterum delibo.*

Stanislaus Mariam Scalatam ab Dæ-  
mone liberat.

Hospes erat *Maria* lethæus prædo *Scalata*:

Heu mihi quàm multis *flebilis*, hospes erat!

Curritur ad *Kostkâ*: pellit cacodæmona *Kostka*,

Cogitur humanam relinquere *Pluto* domum.

Ipete Tænarios, noti pete carceris ignes;  
 Nec nostras unquam, prædo, revise plagas,  
 Aut certè ad *Porcos* iterum divertere; namq;  
 Fædus Amicitix *Porcus* & *Orcus* habent,  
 Ab Nursino 14 Dæmonia ejicit.

*Quatuor* & *deni* Nursinum Dæmones urgent;  
*Quatuor* & *denos* corpore *Kostka* fugat.  
*Alcida* fileat *duodenos* fama labores :

*Monstra* tot, est majus perdomuisse decus,  
 Jacobo Lauro chalcographo suo, visum  
 restituit.

Cæcus fit, crebro *Kostkam* qui sculpserat ære:  
 Sculptori reddit lumina *Kostka* suo.

Scripsi, non sculpsi, plures tibi, *Kostka*, tabellas.  
 Dic, nostri merces ecqua laboris erit?

Non peto corporeos, *munuscula* tantula, *visus* :  
*Lumina* da *menti*, da meliora meæ.

Lumina si nostræ dederis, quæ postulo, *menti*;  
 Corpore *Tiresias* sim licèt : *Argus* ero.

Invocatur à Perillustri Domina Anna  
 Theodora de Ligneville, ob præbitum venenû  
 dirè cruciata. *Epigraphe* : HVC ADES, & TENE-  
 RÆ MORBOS EXPELLE. *Tibullus* l. 4. de *Cherini*  
*thi uxore agrot.* Epigramm.

Illustris lento contabuit *Anna* Veneno;  
 Ante, tamen, *Kostkæ* supplicat *Anna* necem.  
*Kostka*

*Kostka manum medicam cœlo porrexit ab ipso;*

*Et Superis longas quis neget esse manus? \**

\* *Alluditur ad illud: An nescis longas regibus esse manus.*

*Invocatur in difficillimo partu à Consanguinea, Illustrissima Domina Anna Kostka, Ostrovia Duce, Comite Tarnovia, Volinia Palatina.*  
*Epigraphe: NEC PARVA MIHI FIDV CIA GENTIS. Valerius Flaccus l. 3. Argonauticon.*

*Epigram.*

*Dive laboranti jam nunc succurre puellæ;*

*Namq; tuæ pars est illa Puella Domus.*

*Te per ego nostram, communia Vincula, Gentē,*

*Te per ego charum, quidquid in orbe, rogo;*

*Ne patiare utero fœtum retinente morari;*

*Plûsq; rogo, fœtum ne patiare mori,*

*Dixerat: & facili fit fausta puerpera partu.*

\* *Si juvat, in partu Kostka; Diana vale.*

\* *Diana apud gentiles puerperis præfuit,*

*Invocatur à Polonia, Turcis jam jam in campo congressura. Epigraphe supra Poloniam*

*Stanislao supplicem: NVNC, QVOD SVPER EST, FER OPEM PRECOR. l. 1. de Pont. E. 7. Epigraphe supra Stanislavum Turcis oppositum: RIST NVBE SEDENS VANI CONAMINA Cœpti.*

*Epigraphe supra Turcas: RIST NVBE SEDENS VANI CONAMINA Cœpti. silius Italicus l. 12.*

*Cor-*

CorrVent InterfeCtI In MeDlo eIVs. *Baruch. 28. 23.* Epigram.

*Turcia nunc trepida; trepidet ne sola Saguntus,  
Hannibal ad Portam stat modò Kostka tuam.*  
NB. *Alluditur ad illud; Hannibal ante Portam;  
& ad Portam Ottomannicam.*

De gloriosissima Polonorum Victoria,  
ope Stanislai à Turcis relata.

*Decolor humano cur sanguine Luna rubescit?  
Còtra se Kostkam vidit; & erubuit.*

*Turcia corrupto turgebat sanguine: tanto  
Cœlestis properè facta medela malo est.*

*Chirurgus supero demittitur æthere Kostka:  
Incidit venam, Turcia, Kostka tuam.*

*Largè vena fluit; largo quia vulnere secta:  
Ullus pro cultro Kostkius ense fuit.*

*Chirurgos similes mittat si sæpius æther,  
Ex sanguis modico tempore, Turcus erit.*

## ICONISMUS 46.

Synodus Petrovicensis Stanislauum Kostkam,  
In Patronum Polonia eligit. Epigraphæ:

*Quæ sarMatIcIs CVstoDIA rIplIs! Claudia-  
nus in Epital. Palladii & Serena. Epigr.*

*Quà Confessores inter, quà Martyras inter,  
Jam Stanislaos noveris esse duos:*

Hi